Cum igitur nihil ad fortitudinis laudē Adolescentis
Benedicti probandā, confirmandamq addi posse conspiciam
ne benevolentiā vrã Audit: Ornat: offendam, cursum hic
Orationis meæ inhibebo, et: Quid o Gloriosissime Benedicte?
quid restat? nisi ut faustissimis felicissimisq acclamationibus
tuā coronemus vitā, tuisq rebus sibus iā superiorem, et teipso
a virtutis palæstra, a purpuratis spinis reduce ad speluncā
usq comitemur, Ingredere o Invictissime specū tuā, albis
invehere quadrigis, mirabitur illa te, tantumq magnanimi
tatis in te latuisse obstupescet, novū Benedictum toto exci
piet sinu, nec illa iā antiqua spec[illegible] sed (o iucundam
metamorphosim!) virtutis futura domicilium, Victoriæ ædes,
~~Et~~ Triumphantis capitolium, feliciorem se arbitrabitur,
quā vel Cyri palatiū, vel aurea Neronis domus, ibi o
Athleta insuperabilis! ~~ast~~ absconde nunc virtutis radios, pau
lo post universum Orbē illustraturos, ibi solus adhuc sub modio la
tere desidera, tanto clarius post coruscaturus, quanto artius te
comprimere cupis, atq abscondere, ibi tua considerare, gratulari
tibi (ô solus digne potes.) incipe victoriā vel si ea considerare
sennissa tua humilitas non sinit, nos saltē cū verba te
prædicandi desint obstupescere, et admirari gaudē patiare.

Dixi.

Composita a F. Gallo. Anno 1662

License: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 80r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/fr/zbz/D0147/80r)